naum· Bethsaida· in galilea ciuitas andree
& petri & philippi apostolorum· prope stagnum
gennesareth· Afficient· affligent· Gehenna·
nomen gehennę in ueteribus libris non inuenitur·
sed primum a saluatore ponitur· duplicem autem esse
gehennam nimii ignis & frigoris· in iob plenis
sime legimus· Asse ueneunt· uenduntur·
Beelzebub idolum fuit accaron quod interpretatur uir
muscarum· zebub enim musca interpretatur· spurcissimum
igitur idolum ideo uir muscarum uocatum· propter sordes
idolatrię siue per inmunditia belial· Uiolat· profa
nat· contaminat· Otiosum uerbum est quod sine utilita
te loquentis & audientis dicitur· quando omissis
seriis de rebus friuolis loquimur· Plus quam iona
hic· hic ad uerbium loci non pro nomine intellige·
Uacantem· uacuam a christo & presidiis angelorum·
Ornatam· superfluis superstitionibus legis & traditi
onibus phariseorum· Zizania· lolium· Satum·
genus est mensurę iuxta morem prouintię palestinę·
unum & dimidium modium capiens· Tetrarche scilicet
quartam partem regni tenentes· Nam tetra iiii·
archos· princeps· qualis fuit apud iudeam
philippus· fantasma· inter fantasma & fantasiam
hoc interest· quod species memoria collecta fan
tasia est· de incognitis species animo figura fan
tasma· Nam fantasmata nihil aliud sunt quam